

involucrisque nigro-pilosis; involuci squamis acuminatis margine scariosis *DC. l. c.*

Crepis Bungei C. A. Mey. (*nec Ledeb.*) *in litt.*

Hieracium strictum Ledeb. *fl Alt. IV.* *p. 132.*

H. uliginosum Turcz cat. pl. Baic. Dah. *n. 723.*

Hieracium caule superius ramoso foliis paucis lanceolatis Gmel. fl. Sib. II. *p. 30 n. 26. t. XIII. f. 1.*

Capitula illis *C. tectorum* majora. Flores lutei.

In pratis humidis prope Kultuk, ad ostium Kiachtæ, ad fl. Czikoi et cæt. passim copiose provenit. Floret Junio, Julio. 2.

707. *CREPIS TURCZANINOWII C. A. Mey.*

C. caule subnudo ramoso pilis rigidis scabro; foliis radicalibus profunde dentatis, vel pinnatifido-runcinatis, rugulosis, tenuissime arachnoideis, rarius subglabris, laciniis subdenticulatis, caulinis inferioribus pinnatifidis, lobis angustissimis, summis linearibus filiformibusque integerrimis; ramis monocephalis; involucro pilis viridi-flavescentibus nigricantibusve vestito, squamis exterioribus adpressis.

C. Turczaninowii C. A. Mey. *in litt. enum. II. pl. Song.* *p. 32. in adn. ad Cr. oreadem Schrenkii.*

C. Pallasii Turcz. cat. pl. Baic. Dah. *n. 714.* (*nomen forte antiquius*) *Hieracium croceum Pall. itin* (*transbaic.*) — *Turcz. pl. exsicc.* — *DC. prodr.* *p. 163.* (*in adnot. ad Cr. auream.*).

Hieracium polytrichum Bge. *in suppl. ad fl. Alt.* *p. 602.* (*excl. var. γ.*).

Caulis rarius simplex monocephalus, plerumque a basi vel apice in ramos 2-3-4-monocephalos divisus. Folia in caule, nonnisi ad originem ramorum. Flores pallide flavi. Involucrum prætor pilos elongatos tomento molli incanescit. E varietatibus ab amic. Bunge l. c. commemoratis sola $\alpha.$ (*Hier. polystrichum Gmelinianum*) apud nos crescit, quæ tamen nec caulem, nec folia glabra, apud nos habet; $\beta.$ foliis dentatis, nec profunde incisis recedit; $\gamma.$ diversissima et procul dubio species distincta. Varietas $\delta.$ caule humili et simplici, involueri pilis brevioribus atque tomento molli, varietatibus $\alpha.$ et $\beta.$ peculiariter destituta. Hanc in collectione, humanissime ab *academia scientiarum Petropolitana*, mecum communicata, sub denominatione *Hieracii crocatae* Bge. accepi.

In lapidosis transbaicalensibus et Dauricis minime rara.

Junio et Julio. 2.

Sectio II. INTYBELLIOIDES DC. l. c.

Intybellia Monn. nec Cass.—Geraciæ sp. Reichenb. —
Involucrum biseriale basi calyculatum. Achænia columnaria Scapus polycephalus. DC. l. c.

708. CREPIS PRÆMORSA Less.

C. scapo polycephalo racemoso, foliis que obovatis subcrenato-denticulatis, molliter hirtis; involucro cylindraceo calyculato glabriusculo, ligulis apice truncatis DC. l. c.

Crepis præmorsa Less. syn. p. 137. *Fræl.* in DC. prodri. l. c. — Koch syn. fl. Germ. p. 437.

Hieracium præmorsum Linn. sp. 1126. — *Spreng.* syst. veg. III. p. 638. — *Ledeb.* fl. Alt. IV. p. 128.